UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Franciscus de Paula, S. Genovefa V S. Maria Aegypt. 2. Apr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

Visual Library

1. B. Franciſcus de Paula, Ordinis Minimorum Deo mouente Inſtitutor, Charitatē inſtar ignei globi in ſeſe delapſam è cælo recipiens accenſus, ignē ſacrum propagauit. Eadem vi arborē pomiferam, litis inter duos fratres ſeminarium, mediam diſrupit. Magnis operibus perfunctus in terris tranſijt in cælum A. 1507.

3. S. Genovefa Brabantini Ducis F. Sifrido Palatino C. nupta, à lenone repulſo falſi adulterij crimine onerata ſententiam mortis accepit. Miniſtri mortis ſecretæ, eā in ſiluâ cum prole expoſuerunt. vbi Deus innocēti quinquennio adfuit, cerua præbente lac ad vitam, donec A 750. domū reducta.

3. B. M. Ægyptiaca, ut leui ita ſcādalum ſic pænitentia fuit cunctis exemplum. B. V. eam ædes, ſacras ſibi ingreſſuræ occluſit; Hac repulſa venit ad celebrem toto orbe pænitentiam.

S. Franciſcus de Paula, S. Genovefa V. S. Maria AEgypt. 2. Apr.

## Charitas.

Sine charitate cænobia fiunt tartara, & habitatores dæmones, Hieron.

Deus humilium celſitudo, qui B. Franciſcum conf. (S. Genovefam V. S M. AEgypriacam pænitentem) SS. tuorum gloria ſublimaſti: tribue quæſumus, ut eius meritis & imitatione promiſſa humilibus præmia conſequamur Per D. N. Ieſum Chr. &c.

Ora pro Ordinibus Religioſis, &